Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

promiserũt ei pecuniã se daturos. Et quærebat quomodo illũ opportune tra
deret. Et primo die azimorũ quando pascha immolabant: dicit ei
discipuli. Quo uis eamus: et paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit
duos ex discipulis suis: et dicit eis. Ite in ciuitatẽ: et occurret uobis
homo lagenã aque baiolans: sequimini eũ: et quocũq; intrauerit dica
te domino domus: quia magister dicit. Vbi est refectio mea ubi pascha cũ
discipulis meis manducem? Et ipse uobis demonstrabit cenaculum
grande stratũ: et illic parate nobis. Et abierũt discipuli eius et uenerũt
in ciuitatẽ et inuenerũt sicut dixerat illis: et paueruṇt pascha. Vespe
rã facto uenit cũ duodecim: et discumbentibus eis et manducantibus ait
ihesus. Amen dico uobis: quia unus ex uobis me tradet: qui manducat mecũ.
Et illi cœperũt contristari: et dicere ei singillatim. Numquid ego? Qui ait
illis: Unus ex duodecim: qui intingit mecũ in catino. Et filius quidem hominis
uadit: sicut scriptũ est de illo. Ve autem homini illi: per quem filius hominis
tradetur. Bonũ erat ei: si nũ natus homo ille. Et manducantibus
illis accepit ihesus panem: et benedicens fregit dedit eis: et ait. Sumite:
hoc est corpus meũ. Et accepto calice: gratias agens dedit eis. Et bibe
rũt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamẽti: qui
pro multis effundetur. Amen dico uobis: quia iã nũ bibã de genimine uitis
usq; in diem illũ: cũ illud bibã nouũ in regno dei. Et ymno dicto: ex
ierũt in montem oliuarũ. Et ait eis ihesus. Omnes scandalizabimini
in ista nocte: quia scriptũ est. Percutiã pastorem: et dispergentur oues. Sed
postea quã resurrexero: præcedã uos in galileã. Petrus autem ait ei.
Et si omnes scandalizati fuerint: sed nũ ego. Et ait illi ihesus. Amen
dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priusquã bis gallus uocem dederit.
ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit
me simul cũ eo mori tibi: nũ te negabo. Similiter autem et omnes dicebant.
Et uenerunt in prediũ: cui nomen gethsemani. Et ait discipulis suis.
Sedete hic: donec orem. Et assumpsit petrũ et iacobũ et iohanem secũ:
et cœpit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea:
usq; ad mortem. Sustinete hic et uigilate. Et cũ processisset